



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

ELEGIA
IN OBITVM

Reverendi & doctissimi viri,
Dn. Iohannis Iudicis, Pastoris Bernbur-
gensis, ad Diui, vt vocant, Nicolai,
vigilantissimi:

NEC NON
HV MANISSIMI ET PRV-
dentissimi viri, Dn. Christophori Beck-
mani, Consulis Bernburgensis
dignissimi.

Scripta à

Christophoro Ludouico Bernbur-
gensi A. O. R.

1597.



Seruestæ, Typis hæredum Bonauenturæ
Fabri, Anno 1597.

51.

66





Humanissimis, Prudentissimis viris
ac Dominis, Dn. Consuli

IOHANNI SPIGELIO,

*Ceterisque Senatoribus Reipubl. patriæ
Dn. Balthasari Maß, præceptori
quondam suo*

&

Dn. IONÆ PANSÆ
compatri suo

**Dominis & fautoribus debita observantia
colendis die: dedicata,**



Vltima signiferi pisces ubi Phœbꝰ aquosos
Aureus acclivis sidera stringet equis:
Annos tres totos numerabit, cui sua vitæ
Non fata interea stamina dissolvent,
Omnis inaudito cum murmure surgeret amnis,
Et quæque insanis sterneret obuia aquis.
Nec temere intumuerè sinus Muldæq; Salaque
Atq; Albis ripas expatiata suas.
Namq; Famem & Pestem pepererunt, tertius iret
Sidera cum Titan per duodena Poli.
Ingens, horrendum, monstrum insatiabile utrūq;
Mille necesse sunt huic, ora tot illud habet.
Magnas unde penus rapidam demisit in aluum,
Et vicit Cereris munera cuncta Fames.
Nec satiata tamen, frumentum hic eius edendi
Ardor & anni huius diuitis omne vorat.
Quisq; sua repetat longa actæ tempora vitæ,
Huic similis possit num meminisse famis?
Hinc sine lege necat Pestis puerosq; virosq;
Cum senibus iuvenes, virginibusq; procos.
Doctos, indoctos pariter discrimine nullo,
Non habita ætatis non ratione loci.

A 2

Non

Non exempla foris querenda domestica habemus,
Et pateris manes patria cara tuos.
Quod sat cœlestis præconum fata duorum
Verbi testantur, Consulis atq; tui:
Quem tamen haud leto contagia dira dedere
Sed vis tabifici vis diuturna mali,
Vulnera iuste Deus patriis que inflixit aquæ mōs
Ingens ille focus saucia sunt & hiant:
Et nova vulnerebus superaddis vulnera tantis,
Ira iras, undis flumina, flagra flagris!
Num toto nos vis excisos funditus orbe,
Aut delere libro nomina nostra tuo?
Sic sanè meritum est, & pœnas irrogat æquas
Criminibus nostris ira furorq; tuus.
Hac hac insignem meritis, pietate fideq;
Eximium nobis eripuerunt virum.
Qui Latias Graiasq; Deas à mollibus annis
Et fontes coluit non sine laude sacros. (rum
Testes sunt magnumq; minusq; duo oppida, quo-
Hoc SAL Tunto vocat Graius at illud Halâ.
H. c. ubi parietibus prius bene nota Thalia
Illius, ac illic publica cura Scholæ.
Es testis Bernburga huius mirata labores,
Atq; animi dotes ad tria lustra viri.

Hæc

Hac eadem fido priuarunt Consule nostra
Mœnia, cum primum muneris annum age-
Conderet & nono sua Cynthia cornua mense. (ret,
Tristius hac patriæ conditione quid est?
Sunt occulta quidem hæc tua, non iniusta, Iehoua
Iudicia, hic mutos quoslibet esse decet.
Audet nulla suo fictori dicere testæ
Me currente rota cur fragilem esse facis?
Sed Deus in iusto meminisse furore fauoris
Te iuuat & nostras voluere mente vices.
Portio namq; tui sumus & nos fœderis ingens
Sanati nati sanguine namq; tui.
Quis, queso, mortis caligine subrutus atra
Te grato ore Deum dixerit esse suum?
Insultet ne neci nostræ turba impia, dicens:
Heus ubi nunc Deus est, vester ubi ille Deus?
Respice, sancte Iehoua, & qua nos, aspice, vexent
Et nostros miserè tristia damna luis.
Et vel tolle illam, vel leni, utrumq; penes Te,
Seu quacunq; potes parte iuuare iuua.
Si verò sic fata ferant, iustissima fata,
Hinc ut migrandum sit quoque post aliis:
Non nos desertos patiaris mortis in hora
Sed firmes sacro flaminis igne tui.

*Vultus ante tuos ut lata voce queamus
O Salve celum dicere, terra vale.*

FN TV MVLVM

*Humanissimi & Ornatissimi viri Dn.
IOHANNIS KOLL affinis mei
carissimi.*

Vna fuit tecum mihi patria, pectoris vnus
Et morum formator erat Frencelius, vnum
Velle & nolle, vnum sæpè & commune periculum,
Vna fides, vitæ nobis spes vna futuræ,
A latere alterius, memini discessimus ægrè
Vna domus, vel mensa duos si iungeret vna,
Et tumulo Libitina vetat nos condier vno!
Sed penes hanc non est animos disiungere nostros
Ille tuus quamuis coelesti in sede locatus
Et meus in vinculis teneatur corporis ægri,
Quod si, certa meis quæ spes est fixa medullis,
Corporibus rursum supera iungamur in aula,
Numen vbi vnanimis animis celebrabimus vnum,
Nil magè coniunctum nobis erit & magis vnum.

Item

ITEM.
CATHARINÆ, CONSOBRINÆ MEÆ
dilectissimæ, Iohannis Berstorffij coniugis, puer-
peræ cum marito & filiolo,
denatæ.

COnsobrina tuus vitali vescier aura
Cæperat vt natus, coniuge es orba tuo,
Quam nato dederant mox inuidere parenti
Vtriq̃ue vsuram fata seuera diei.
Namq̃ue virum mater defunctum sensit vt, in fit,
Et me sæua neces mors puerumq̃ue meum.
Votis n̄ ox poritur, sequitur matremq̃ue patremq̃;
Filius, vna tria hæc corpora terra tegit,

F I N I S.



[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

F I N I S



Nov 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M





ELEGIA
IN OBITVM

01.
66

Reverendi & doctissimi viri,
n. Iohannis Iudicis, Pastoris Bernbur-
gensis, ad Diui, vt vocant, Nicolai,
vigilantissimi:

NEC NON
M ANISSIMI ET PRV-
ntissimi viri, Dn. Christophori Beck-
mani, Consulis Bernburgensis
dignissimi.

Scripta à

Christophoro Ludouico Bernbur-
gensi A. O. R.
1597.



ruestæ, Typis hæredum Bonaventuræ
Fabri, Anno 1597.

